Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans

Petrus <Comestor>

Argentine, 1503

VD16 P 1829

De purificatio[n]e puerpere ca. xviij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30892

Visual Library

derent ea. Et cum quererent hircũ oblatũ ꝓ pccõ ꝑncipis: exuſtus inuent⁹ ẽ. Cũq3 irat⁹ moyſes ſup h̃ argueret aaron ꝛ filios ei⁹: excuſauit ſe aaron dicẽs. Mihi accidit qꝺ vides. q. d. Ex ꝑturbatõe animi factũ eſt hoc.

De diſcretione ciborum.
Capitulum. XVII.

Recepit domi-

p nus moyſi ꝛ aaron vt traderẽt filijs iſrael legẽ ꝺ diſcretõe ciboꝝ. Ad lrãm ei dñs cibos homini ꝯceſſos eis artauit ꝓpter caſtrimargiã eoꝝ: cui⁹ ſũma ſic cõprehẽdi põt. Animalium alia viuunt in terra. alia in aquis. alia ĩ aere. Item ꝗ in terra alia reptilia ꝗ oĩa immunda. alia latẽtia. vt talpa: que de luto naſcitur. et hec omnia immunda. Alia gradientia ſuper terrã. De his generalis eſt regula. Mundu3 tm̃ eſt quod ruminat et findit vngulam. De piſcib⁹ quoq3 generalis eſt reglã. Mũdus eſt tm̃ habẽs ſquamas ꝛ pennulas. De auibus nominatim expreſſit que immunde eſſent. Hoc tm̃ de auibus generaliter dictũ eſt. Volatile qꝺ graditur ſup q̃ttuoꝛ pedes imundu3 eſt niſi crura retro habuerit longioꝛa ſup que ſaliat. Tangens morticina eoꝝ lauabit veſtimẽta ſua: ꝛ immund⁹ erit vſq3 ad veſpeꝝ.

Ruminat dicit ꝓpter porcũ: ꝗ tñ findit vngulã. findit dic̃ ꝓpter camelũ ꝗ ruminat.

Vtputa griph⁹. et ſi quid aliud ſimile.

Etiamſi neceſſe fuerit vt poꝛtet quiſpiã eorũ moꝛtuũ. Sup qꝺ ceciderit ꝗcq3 ꝺ moꝛticinis eoꝝ polluetur. tam vas ligneum q̃3 quodlibet veſtimẽtum: ad veſpeꝝ aqua mundabunt̃. Vas fictile intra quod ceciderit frãget̃. Clibani vel citropedes q̃s ſtrapas dicimus deſtruent̃. Fontes ꝟo ꝛ ciſterne ꝛ quelibet maria. ꝛ ſement3 granum nondum ſeminatum tactu eorum non polluuntur.

Sic̃ locuſta et bruc⁹ ꝛ opimach⁹. Opimachus auis eſt ꝗ cum ſerpentibꝫ pugnat.

Pro eodẽ accipe clibanũ ꝛ citropedẽ vaſa ſc3 terrea: quibꝫ artocree tegunt̃ in lare. apud nos ꝺꝛ teſta.

De purificatione puerpere.
Capitulum. XVIII.

Ddidit quoq3

a dñs legẽ purificatõis mulieru3 talẽ. Si mulier pepit maſculu3 immũda erit ſeptẽ diebꝫ iuxta dies ſeꝑatõis menſtrue. i. eiuſdẽ immũdicie iudicabit̃ cui⁹ eſt cũ ſeparat̃ a mũdis qñ patit̃ menſtruu3. Intantũ em̃ immunda ẽ ꝙ quicq̃d tãgit immundũ reddit. cibum. lectũ. veſtẽ. ſedẽ. Vñ non licet alicui cõicare ei nec in lecto nec in cibo. Octauo die circũcidebatur puer. poſt ſeptẽ dies inquinatõis manebat. xxxiij. dies in ſanguine purificatõis ſue: ita vt oẽs dies purificatõis ſue fierẽt. xl. q2 tot diebꝫ dicunt phyſici carne3 maſculi foꝛmari in vtero. In purificatione vero. xxxiij. dieꝝ licebat ei ſurgere. in domo deambulare: ſed non egredi ꝛ oꝑari. ꝛ tangẽdo nõ polluebat. ꝛ licebat alijs cõicare ei in cibo ꝛ in ſede: ſed nõ ĩ lecto. Accedere ꝟo ad tabernaculũ nõ poterat niſi expletiſ. xl. diebꝫ. Si ꝟo pareret feminã: duplicabãt̃ ꝑo7eſ dies inq̃natõis ꝛ poſtea dieſ purificationis vt ſimul fierent. lxxx. q2 tot diebꝫ foꝛmat̃ femina ĩ vtero. Expletiſ ꝟo diebꝫ purificatõnis offerebat pꝛo filio vl̃ filia agnũ anniculũ in holocauſtum vl̃ pullum colũbe. vl̃ turturẽ ꝓ pccõ. q̃a in libidine ꝯceperat. ꝛ erat ſacerdotis. Et ſi nõ poterat manuſ ei⁹ inuenire agnum: offerebat duos turtures vl̃ duos pullos columbaꝝ. alteꝝ in holocauſtũ ꝓ puero. alteꝝ ꝓ pccõ ſuo: vl̃ ꝓ oꝛiginali filie. q2 filio in circunciſione dimiſſum erat. Hebꝛei tñ nõ habere paruulos peccatũ tradunt. Preter hec dicit ioſephus pꝛimogenitum redimi q̃nq3 ſiclis.

id ẽ imũda erat duabus hebdomadibus iuxta ritũ flux⁹ menſtrui.

Hec aũt oblatio etiã purificatio dicebat̃.

Auguſtin⁹ tñ dicit ꝙ ꝓ pccõ pueꝛoꝝ offerebãt q̃dlibet in circũciſione dimiſſum plenius tunc dimittebatur.

De cognitione lepꝛarum.
Capitulum. XIX.

Egem quoq3 le-

l pꝛe tradidit eis dñs. Sũt ãt q̃ra